



LXXXI.

PRIVILÈGE DU PAPE ADRIEN IV POUR L'ABBAYE DE SAINTE-COLOMBE DE SENS.

(An 1157, 15 novembre).

Le pape Adrien IV, s'adressant à l'abbé Eudès, lui déclare placer le monastère de Sainte-Colombe sous la protection de saint Pierre et la sienne. Il énumère ensuite les nombreuses terres et les dix-neuf églises qui dépendent de cette maison.

Il défend aussi qu'aucun évêque fasse des ordinations, ou célèbre les offices divins dans le monastère sans la permission de l'abbé. Il veut que le droit de sépulture y soit libre pour tout le monde, à l'exception des gens excommuniés et interdits.

Enfin, il ordonne qu'à la mort de l'abbé Hugues, son successeur soit élu par le consentement commun des moines, ou au moins de la majorité d'entre eux ; etc.

Adrianus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Odoni, abbati monasterii Sanctæ-Columbæ, quod in Senonensi suburbio situm est, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum ; etc.

(Le pape, à l'exemple du pape Innocent II, prend le monastère sous sa protection et énumère les biens qui en dépendent) :

Castrum in quo monasterium Sanctæ-Columbæ fundatum est, et fines illius Cruce-Giraudi usque ad criptas, ab omni prorsus consuetudine et exactione liberum; — ecclesiam Sancti-Lupi de Sarmasia, omnemque clausuram in qua constructa est; — ecclesiam Sanctæ-Mariæ de Cathiniaco cum sua clausura; — ecclesiam Sanctæ-Columbæ de Quadrivio; — ecclesiam Sancti-Benedicti; — ecclesiam Sancti-Clementis; — ecclesiam de Evriaco; — ecclesiam de Villapatricii cum ecclesia de Villanova; — ecclesiam de Grumo; — ecclesiam de Cusiaco cum illa quæ est in Evriaco; — ecclesiam Sancti-Germani; — ecclesiam Sancti-Laurentii cum decima Pomeri; — ecclesiam de Coorlon; — ecclesiam Sancti-Martini de Sarmasia; — ecclesiam de Dosavilla; — ecclesiam de Mangelcurt, cum cimiteriis, decimis et cæteris earum appendiciis, apud Diant in ecclesia Sancti-Petri offerendam in solemnitatibus ejusdem sancti in ecclesia Sancti-Stephani de Catiniaco, singulis annis decem censuales solidos; villam de Sarmasia cum omnibus pertinentiis; villam Grunni; villam Patricii; villam Misseriaci; cum pratis et natatoriis suis; villam Cusiaci; villam Jovenciaci; villam Sancti-Germani-super-Orosam; villam quæ Corloon dicitur; terram de Chesis cum omnibus pertinentiis suis; terram de Nangis cum nemoribus et pertinentiis suis; terras de Bellomonte (1) super Yquaunam; et clausum quod in Pruvino, Braio, Joviniaco, et eorum castellaniis habetis; quinque solidos in molendino de Danamaria; terram de Floriaco; terras Borelli (2) cum silvis et hominibus; forestam Ycaunæ fluminis a loco qui Capetas dicitur usque ad Dulliacum villam; de silva Sancti-Stephani quæ adjacet villæ Nadiliaci; duas carratas lignorum diebus singulis; aream infra muros civitatis quæ claustro canonicorum adjacet usque ad portam Sancti-Desiderii, cum omnibus ædificiis quæ in ea sunt; decimam quæ est ultra pontem; quietum transitum absque pedagio vobis et vestris omnibus per

(1) En marge, du temps : les Sablons.

(2) En marge, le Hay-Bureau.

Brueriam ; donum quod fecit Eva de Catiniaco (4), cum terris, nemoribus, aquis et omnibus appenditiis suis. — In Trecensi episcopatu, villam Regniaci, cum fonte Sancti-Guinebaudi ; — molendinum quod dicitur Arnaldi. — In villa Maximiaci, terragium. — Villam de Sarmasia cum suis pertinentiis, ab omni consuetudine et indebita exactione omnino liberam. In parochialibus vero ecclesiis quas tenetis, presbyteros eligatis et diocesano episcopo presentatis, quibus, si idonei fuerint, episcopus curam animarum committat, ut de plebis quidem cura episcopo rationem reddant, vobis autem pro rebus temporalibus, ad vestrum monasterium pertinentibus, debitam subjectionem exhibeant.

Prohibemus etiam ut nulli ipsorum liceat ordinationes aliquas in eodem monasterio facere, et nisi ab abbate ipsius loci fuerit invitatus, missas publicas celebrare ; sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, et eorum devotioni et extremæ voluntati qui se illic sepeliri deliberaverunt, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, ullus obsistat ; salva tamen justitia parochialis ecclesiæ. Adhuc autem prohibemus ut nemo ecclesiam, vel cappellam, seu cimeterium in proprio fundo ejusdem loci, absque assensu abbatis et capituli facere præsumat. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quorumlibet successorum, nullus ibi qualibet subreptione, astutia, seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Electus autem ad romanum pontificem, aut ad Senonensem archiepiscopum benedicendus accedat, vel a quocunque maluerit episcopo benedictionem accipiat, et cætera omnia secundum privilegia prædecessorum nostrorum obtineat. Adjicimus etiam ne in ecclesia Sanctæ-Columbæ cum obedientiis sibi pertinentibus, tam veteribus quam novis, pro communi provinciæ interdicto, a divinis cessent officiis ; sed potius, clausis januis, et exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis tintinnabulis, divina vobis liceat officia celebrare. Ferias quæ ibidem fient, immunitates quoque et rationabiles consuetudines et quidquid a regibus Francorum eidem monasterio rationabiliter concessum esse dignoscitur, etc.

(Le reste de la pièce est de formule.)

Ego ADRIANUS, catholicæ ecclesiæ episcopus, papa quartus, subscripsi.

(Suivent les signatures de douze cardinaux.)

Datum Laterani, per manum Alberti, Sancti-Adriani, diaconi-cardinalis, vicem

(4) *Capella-super-Sequanam.*

domini Rolandi S. R. E., presbiteri cardinalis et cancellarii gerentis, decimo-septimo calendas decembris, indictione sexta, Incarnationis dominicæ anno millesimo centesimo quinquagesimo septimo ; pontificatus vero Adriani papæ quarti, anno tertio.

D. Cottron, d'après l'original, Histoire de l'abbaye Sainte-Colombe de Sens, Bibl. d'Auxerre, M^o n^o 116, p. 225. — Original à la Bibl. de Sens.

En 1142, le pape Innocent II avait confirmé l'abbaye dans toutes ses possessions qui étaient déjà les mêmes que celles relatées dans la bulle d'Adrien IV. — Ibidem.